Et hunc modum priusquam Ill.ma Domus Duca-
lis Curlandiæ solvat, frustra de Jurisd. in Dis-
trictum Piltensem cogitet.

Ceterum quod in Charta quadam typis vulgata
quæ inscribebatur summaria deductio Jurij Ill.mis
Curlandiæ Ducibus in Districtum Piltensem
competentis = hæc verba continentur Jn-
sertata etiam de anno 1644. Moderno posses-
sori (scilicet Capitaneo Piltensi) Dno Majes-
tas abstulit et in suo vigore Investiturae compe-
tens Ill.mo Principi mediante Decreto conser-
vabatur. Perperam sane tenorem eiusdem
Decreti superius de verbo ad verbum expressi
vbi, et alia plura allegavi, et in rem Domus
Ducalis detorqueri deprehenditur, cum in rei
veritate sensus eiusdem Decreti ab intentio-
ne Ducali longe sit diversus et talis.

Quandoquidem Ill.mus Actor non deduxit ne-
que comprobat allegatos Tractatus, effectu
suum sortitos, nec eorum vigore ipsum, nec
Ill.mos Antecessores eius, ubi libet bonorum in
ptorum Dominium aliquando habuisse,
nec iuxta earundem Investiturarum conti-
nentiam aliquid eâ in re omnium Ordinum
consensu hucusque statutum esse, sed sal-
vis in omnibus alÿs (quod bene notandum
est) suis punctis, Conditionibus et Articulis
Investiturarum, et Conventionibus Emanentibus &